

Cap. 3. Fallacia argumentorum consentaneorum.

**F**allacia categorica, vel si malis, categorica est, quæ circa categorias (sive argumenta) committitur.

Dicitur vulgò fallacia non argumenti ut argumenti, item, elenchus seu paralogismus falsi argumenti.

Est quæ, circa argumenta simplicia, vel complexa.

Fallacia circa argumenta simplicia, est vel circa argumenta communia, vel circa propria.

Noluimus fallacias immiscere præceptis de instrumentis veris: quia nos docuit experientia, melius imprimi distinctis impressionibus præcepta de instrumentis veris & de apparentibus.

Fallacia circa argumenta communia est vel consentaneorum, vel dissentaneorum, vel comparatorum, vel ortorum, vel testimonii.

Fallacia consentaneorum est causæ, causati, subjecti, adjuncti, antecedentis, consequentis & connexorum. (specie.

Fallacia causæ consideratur vel in genere, vel in

In genere fallacia causæ est cum pro causâ ponitur, quæ causa non est. Fallacia causæ.

Dicitur fallacia *Ἐάντις ὡς αἰτίας*, h. e. non causa ut causa.

1 Elenchus seu fallacia finis est, cum pro fine ponitur qui non est:

Ut, Deus frustra invocatur; quia scit etiam si nos non precemur, quibus indigeamus. Falsus hic est finis precum; cum sint alii veri, videl. Dei gloria, nostra proximi quæ; salus. Talem elenchum committunt Papistæ, cum dicunt, Ecclesiam à Deo in terris esse constitutam, ut sit iudex supremus controversiarum religionis.

2 Fallacia efficientis est, cum pro efficiente ponitur quæ non est. Sic est elenchus causæ